Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26214
Copyright: Admont, Benediktinerstift



di sapiencia mentis despectu calcaueriat. Igitur contra mundi diuites pauper contra potentes oppressus. uel contra sapientes stultus. di tria respondit. quia nec pauper eorum substantiam. nec oppressus adiutorium contra robustos. nec stultus doctrinam sapientiae carnalis querit. Scs enim uir qui a mente sua semet ipsum rapit. et pauper inopia non angustatur. et oppressus nil patitur. et uoluntarie stultus carnalem sapienciam non miratur. Hinc est enim quod oppressus paulus pauper dicit. Aporiamur. sed non destituimur. persecutione patimur sed non derelinquimur. deiicimur. sed non perimus. hinc et quod sapienciam sec stultiae insinuans ait. Quae stulta mundi s elegit ds. ut confundat sapientes. et si qs uidetur inter uos sapiens esse in hoc seculo stultus fiat ut sit sapiens. Hinc et etiam oppressionis et diuitias desiderare pauperiatis apiens dicit. Quasi morientes. et ecce uiuimus. ut castigati. et non mortificati. quasi tristes. semper gaudentes. sicut egentes. multos autem locupletantes. tamquam nichil habentes et omnia possidentes. Iubet inter hec oculos mentis attollere. et electos di carum oppressos quanta intrinsecus arce presideant uidere. Cuncta quippe quae foris eminent. occultis eorum opuscul per despectum iacent. Ea sup se interius rapta in alto animum figunt. et quecq; in hac uita patiuntur. quasi longe infra labentia atq; a se aliena conspiciunt. atq; ut ita dicerim dum mente carna carne fieri decertant pene ipsa quae tolerant ignorant. In horum profecto oculis quidquid temporaliter eminet altum non est. Iam uelut in magni uertice montis sita presentis uitae plana despiciunt. seq; ipsos per spiritale celsitudinem transcendentes. subiecta sibimet intus uident quecq; per carnalem etiam foris tument. Vnde et nullis